


EFD , quoniam trianguli EFD , datur ratio laterum EF ad FD , cū angulo EFD , habebimus angulum exterio- rem datū DFE , minimæ inclinationis Austrinæ, hinc per differentiã utriusq; declinationis totã librationẽ eccentrici ad zodiacũ. Quibus etiam angulis inclinationũ latitudines Boreas oppositas ratiocinamur, quales uidelicet fuerint anguli AFC , & EGC , qui si obseruatis consenserint, nos minime errasse significabunt. Exemplificabimus autẽ de Marte, eo quòd ipse præ cæteris excurrit omnibus in latitudinem, cuius latitudinem maximam Austrinam adnotauit Ptolemæus partium ferè VII. atq; hanc in perigæo Martis: Maximam quoq; Boreã part. IIII. scrup. XX. in apogæo. Nos aut cum acceperimus angulum BGD , part. VI. scrup. L. inuenimus ei respondẽtem AFC angulũ part. IIII. scrup. XXX. ferè. Cū enim ratio data EG ad ED , sit sicut unum ad unum, scrup. XXII. secund. XXVI. habebimus ex eis cum angulo BGD , angulum DEG , part. I. scrup. LI. ferè, inclinationis maximæ Austrinæ. Et quoniam EF ad CE , est sicut unũ ad unũ, scrup. prima. XXXIX secund. LVII. & angulus CEF æqualis ipsi DEG , part. I. scrup. LI. sequetur exterior, quem diximus CFA part. IIII. s. existente planeta acronycto. Similiter in opposito loco, dũ cū Sole currit, si assumpserimus angulum DFE , scrup. V. ex DE & EF datis lateribus, cum angulo EFD , habebimus angulum EDF , & exterio- rem DEG scrup. prope IX. minimæ inclinationis, qui etiam aperiet nobis angulum CGB , Boreæ latitudinis scrup. prope VI. Cū ergo reiecerimus minimã inclinationẽ à maxima, hoc est IX. scrup. ab una parte, & LI. scrup. relinquit pars una, scrup. XLI. Estq; libratio huius inclinationis, & dimidia scrup. L. s. ferè. Simili modo aliorũ duorum Iouis & Saturni patuerunt anguli inclinationũ cū latitudinibus. Nempe Iouis inclinatio maxima partis unius, scrup. XLII. minima, ptis unius,



Aa ij scrup.